Inscribitque se et suos successores super omnibus bonis suis idem Sienko Thureczki
presentem inscriptionem castrensem premisliensem ex his actis castrensibus ad acta
terrestria premisliensia ad primos vel secundos terminos terrestres premisliensis
transferre et transportare in hac vel meliori forma sub vadio simul
summe adscriptionalis quadraginta florenorum pecunie monete polonicalis
pro quibus quidem vadiis et vadiis ex quacumque re et causa succubitis et succum-
bens sibi se ipse Sienko Thureczki cum suis successoribus eidem Antonio Jasieniczki
et eius successoribus ad iudicium terrestre vel castrensem premisliensem ac officium
eiusdem capitale castrensem premisliensem citare permiserit et permiserint successores
Extunc recedens a iure suo terrestri foroque competenti in primo citationis
termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefatis vadio a iudicio
seu officio non recedens satisfacere debet et successores tenebuntur et terminum
ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nullis modis viis collo-
ribus dilationibus evasionibus praescriptionibus abusu inscriptionis bello
conventione gentis vel particulari statutis nominis vel veteribus laudatis et laudandis
non differentes prolongandis atque excipiendis se ad quietationem mortificationemque
inscriptionis praesentis dilationem non petentes motionibus applicationibus earumque
per additiones prosequutionibus se successoresque suos abrenuntiantes in eo nihil
sibi in auxilium recipere debet et debent sue et suorum successorum sub amissione
totius cause vigore solutionem vadii et vadiorum quo soluto utique inscriptionem
praesenti et omnibus in ea contentis satisfacere debet et debent nulla praescriptione
terrestri in premissis obstante super quod mente solutum est officio praesenti

Baczinski transfunsio iuris

per Zozanski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus premisliensibus
nobilis Iwanko Zozanski recedens a iure suo terrestri foroque competenti
et huic praesenti iurisdictioni castrensi premisliensi quo adhuc actum inscriptionis praesentis
incorporatum una cum bonis et successoribus suis subiicientes sanus mente et
corpore et ipsius pacem palam Romit, quia de omni iure suo ac inscriptione terrestri
premisliensi sibi per nobilem Thimko Baczinski olieczniczki super summam
vigiliam florenorum pecunie monete polonicalis in et super bonis ipsius vigiliis tribus argulis
una argula post pomorium poponis alia argula superius piscinam
tertia argula wlegu koniecz niestrzu vigiliis in villa sortis sue Baczina
actis terrestribus premisliensibus inscriptis ac inscriptionem praefatam terrestrem premisliensem
nobili vasko Baczinski cedit et condescendit perpetue in eundemque vasko
Baczinski et eius successores omne ius suum quodcumque eundem in bonis praefatis
vigore inscriptionis praefatae spectat plenarie ac totaliter transfundit

incorporat ac inviscerat. Cum omni iure dominio et proprietate nihil iuris
dominii et proprietatis in eisdem bonis pro se et suis successoribus excipiendo et
reservando sed totum et integrum ius praefatum in eundem Baczinski et eius
successores transfundendo cum omnibus et singulis gentis punctis clausulis
articulis conditionibus intromissione tuitioneque in ipsa inscriptione descriptis
per praefatum vasko Baczinski et eius successores bona praefata in summa
eadem tenendo habendo et possidendo ad ususque suos quosvis beneplacitos
et suorum successorum convertendo. Iam ex nunc in bona praefata dedit
et admisit eidem realem intronem et actualem pacificamque possessionem per mi-
nisterialem terrestrem premisliensem quemcumque ex officio praesenti iam ex nunc
additum in bonisque praefatis dare et libere admittendum quin ad eandem acce-
ptandum veniant se et suos successores submisit. Inscribitque se et suos successores
super omnibus bonis suis idem Iwanko Zozanski inscriptionem praesentem ca-
strensem premisliensem ex his actis ad acta terrestria premisliensia pro primis
vel secundis terminis terrestribus premisliensibus transferre et transportare
in hac vel meliori forma sub vadio simul summe vigiliam florenorum pecunie
pro quibus quidem vadio et vadiis ex quacumque re et causa succubitis
et succumbens sibi se ipse Iwanko Zozanski Zozanski cum suis successoribus
eidem vasko Baczinski et eius successoribus ad iudicium terrestre vel castrensem
premisliensem citare permiserit et permiserint. Extunc recedens a iure
suo terrestri foroque competenti et huic praesenti iurisdictioni castrensi incorporandum
in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere
ac pro praefatis vadio a iudicio non recedens satisfacere debet et successores tenebuntur
et terminum ipsum primum peremptorium et alios subsequentes nullis modis
viis collorib[us] dilationibus gentis conversis evasionibus praescriptionibus
abusu inscriptionis conventione gentis vel particulari bello expeditione
bellica in cursu hostium statutis nominis vel veteribus laudatis et laudandis
non differentes nec prolongandis atque se excipiendis ad quietationem mortifi-
cationemque inscriptionis praesentis dilationem non petentes motionibus applicationibus
earumque per additiones prosequutionibus se et suos successores abrenuntiantes
quidem nihil sibi in auxilium contra praesentem inscriptionem eiusque deffectum reci-
piendo sue et suorum successorum sub amissione totius cause et solutionem
praefatis vadii quo soluto utique praesenti inscriptioni et omnibus in ea contentis
satisfacere debet et successores tenebuntur nulla praescriptione terrestri in premissis
obstante super quod mente solutum est officio praesenti